Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 5ta

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

per modum fidei, ut cætera sacramenta: quia verò hoc sacramentum non consistit ut alia in actione transeunte sed in re permanente hinc fit, quod in facto esse non repetiat[illegible] aliquid proeter efficationem sacramentalem, quod se habeat per modum fidei; quia verba, quæ habuerunt se instar fidei, dum fieret, defecerunt, dum est in facto esse.

Q. 5ta.

Utrum Eucharistia sit unum specie sacramentum vel multiplex.

Nota: cum Eucharistia habeat duplicem modum fidei, duplicemque statum, alterum in fieri et alterum in facto esse, ideo hic dubitatur an species panis continentes corpus Domini sint distinctum sacramentum a speciebus vini, continentibus sacrum sanguinem, et si sint duo sacramenta an non tantum differant, an etiam specie? ad quod sit.

Assert. species panis et corpus Christi et species vini et sanguis Christi

40. non sunt duo sacramenta specie diversa,
& adaequata inter se dista, sed unum
eiusdem speciei infimae etiam cois.
Colligitur ex catechis. Rom. parte 2. cap.
4. ubi sic habetur: licet duo sint e-
„lementa, panis scilicet & vini, ex quibus
„integrum sacramentum Eucharistiae conficitur, non
tamen plura, sed unum tantum Eucharistiae
sacramentum Ecclesiae auctoritate ducti pro-
„fitemur.

Probatur 1.o de fide certum est, tantum sep-
tem novae leg. sacramenta: quod Eucharistia esset
unum, alias forent plura.

Probatur 2. quod moraliter unum est & effectum
rei sacrae signum, remissionem unam moraliter
significat, est unum specie sacramentum: atqui
species panis & vini sic quiescunt, sunt
unum moraliter ac effectum rei sacrae
signum, remissionem unam moraliter significant,
nempe unicam quod refectionem, seu con-
„vivium spirituale, ad quod cibus & potus
requiruntur. quod.

Cfat: Euchia e instituta p modum
quem spiritus: atqui cibus & potus
n gstituunt, nisi unicum spec generum.
qd species panis & vini n gstituunt
nisi unicum spec sacramentum.

Solvuntur obiecties.

Nota pro solutione textuum, qd P.P.
& concilia spec panis & vini vocant
sacramenta in plurali, hunc numerum
usurpant ob materiae specierum pluralitatem
n a ob formae diversitatem quae in ea-
dem sacramenti.

" Ei ; ubi sunt plures materiae & formae
spec diversae, ibi etiam sunt plura sacramenta
spec diversa: atqui in Euchia sunt plu-
" res materiae & formae spec diversae. q.
min. e de fide & gstabit ex infra
dicendis. maj. probatur. materiae & formae
sunt partes essentiales sacramenti, sicut cor-
" pus & anima sunt partes essentiales hominis:

42. atque multiplicatis exhalbyoti-
"bus, multiplicatur totum compositum.
qo. R. 1o. Negatur. ubi sunt plures
mae & foe spec. diversae, ibi etiam
sunt plura semmta spec. diversa: atqui
in extr. unctione & ordine sunt
plures mae & foe diversae. qo.
Ostrie
R. 2. neg. mai. & dist. ubi sunt plu-
"res mae & foe ex institutione diva
ordinatae ad diversos spec. sticare
semntles &c. conc. ordinatae ad
complenda una integra sicuti
neg. mai. ad obtinere iterum dist. M.
mae & foe sunt partes exhibentes semnti
in esse existentis & prout considerat
in fieri conc. in re formante exis
"tentis & prout ysiderat in facto
esse neg. mai.
Ost. 2. ubi dant plures ablutiones
baptismales, ibi etiam dant plures

bapti, quod ubi dantur plures dantur
consecrationes; ergo cum dantur plures Euchariae
[illegible] atque ita consecrationes plures in
Eucharia dantur. respondeo retorq. argument.
quod etiam ubi dantur plures unctiones
sacramentales, dantur plures extr. unctiones.
R. 2. neg. cons. et paritatem, quia
tota et completa ratio baptismi consistit
in unica ablutione sacramentali, nec
una ablutio refertur ad aliam:
at vero totalis et adaequata ratio Euchariae
consistit in utraque consecratione, quarum
singula ex institutione divina
se ordinant ad unum sacramentale
ferendum significandum.
Obj. 3. Eucharia ut contenta sub panis
speciebus, differt ab Eucharia ut contenta
sub speciebus vini: ergo sunt plura sacramenta.
R. 1. retorq. in extr. unctione, unc-
tio oculorum differt ab unctione aurium etc.
R. 2. dist. ant. differt inadaequate etiam

sunt una pars ab altera conc.
differt adeoque sunt totum a toto
neg. ant. nam neutra habet sacramenti
significationem completam praecise in ea ratione
in qua ex sua institutione significat,
scilicet in ratione gratiae.

Ob. 4. Ecclesia in quadam collecta sic orat: "Puri-
"ficent nos Domine sacramenta quae sumpsimus:
propterea sacerdos in Missa post communionem
dicit: corpus tuum Domine quod sumpsi &c. deinde
hanc orationem ita concludit: quem pura & sancta
refecerunt sacramenta: quod Ecclesia in Eucharistia
agnoscit plura sacramenta. R. cum S. Thoma
hic a. 2. ad 1um quod in eadem collecta,
ubi prius pluraliter dicit, purificent nos sa-
"cramenta, postea singulariter subdit, ut hoc tu-
"um sacramentum non sit nobis reatus ad poenam &c.
ad ostendendum hoc sacramentum esse quodammodo
multa, simpliciter autem unum, nempe materialiter mul-
"ta propter pluralitatem specierum, simpliciter vero
unum propter unitatem significationis totalis. unde
in fine conc. ant. et 1. cons. quod Ecclesia
in Eucharistia agnoscit plura sacramenta solo

nõ et individuales diversa, ac inadæquate so-
lum et materialiter dicta conc. spec. diversa et
adæquate et formaliter inter se dicta neq. cons.

Q. 5. ubi e diversa specificaõ fermenti, ibi est
diversa spec. fermentum: atqui species vini
diversam hent specificaõe a speciebus panis in
fermento Euchia, species enim panis specificant
cibum spiritlem, species vini vero potum spiritualem. ergo

R. 1. retorq. in extr. unctione, ubi etiam
singulae unctiones hent diversam specificaõem.

R. 2. dist. maj. ubi e adæquate diversa,
totalis ac formalis specificaõ fermenti, ibi est
diversa spec. fermentum, ubi e inadæquate tantum
diversa partialis ac materialis specificaõ neg. maj.
Hoc argum. quod plus non probat, quam quod in Euchia
sint duo fermenta partialia, non autem quod sint plu-
ra totalia, eaque spec. materiali diversa.

Q. 6. Denominaõ totius non competit parti; sunt
denominaõ hominis non competit ei: quod denominaõ
fermenti non sit competere hostiis consecratis in
ciborio: atqui tamen competit et tribuitur eis co-
nisse: quod non sit tantum partiale fermentum.

R. neq. ant. licet enim ea denominaõ non tri-
buatur per partibus, tribuitur tamen sæpe. sic
denominaõ pecuniae tribuitur non tantum integro

cumento aureorum, sic etiam singulis au-
-reis separatim: sic si amphoram vini divi-
das in plures mensuras, in quolibet dicitur esse
vinum, & si idem convivium constitutum ex 30 ci-
-bis dividatur, ut hodie inferantur 15. &
cras iterum 15. cibi, erunt duo convivia:
quare etiam si dividatur Eucharistia, & sumatur
sub una specie, poterit dici sumi sacramentum.
Unde si quis sumeret solam speciem hostiae, & alius
solum speciem sanguinis, erunt duo sacramenta.

Ob. 7. species panis absque vini speciebus & vi-
-cissim species vini sunt integrum sacramentum. quare
sunt duo species dicta sacramenta. probatur ant:
si species panis absque vini speciebus & vi-
cissim non essent integrum sacramentum, Laici
sub una tantum specie communicantes non sumerent
integrum sacramentum, adeoque frustrarentur
lege, sed hoc est contra Trident. Sess.
21. cap. & can. 3. ubi dicit, etiam sub
altera tantum specie totum atque integrum, & verum
verumque sacramentum sumi. quare. R dist. a.
species panis sola est integrum sacramentum ma-
-teriale neque. fortasse sed dist. est integrum sacramentum
indirecte & per concomitantiam, directe

et exprefs. n. licet in una specie
specie nec reperiatur adeoque sacramenti ma,
nec efficaciter integre, adeoque ex utraque
specie exurgat una & integra ad refectio,
nem constat, sed una quaque specie, & sub singulis
speciebus partibus separatione facta contineri totum Christum
juxta Trident. loc. cit. quia sub speciebus pa-
nis continetur etiam Christi sanguis, non quidem vi ver-
borum, sed vi naturalis connexionis & concomitantiae
qua partes Christi, qui jam ex mortuis surrexit,
inter copulantur. ad objectionem dicit. negi-
laici non sumerent integrum sacramentum. quoad sub-
stantiam sub specie conc. non sumerent integrum
sacramentum quoad contentum saltem Christum n. contra
ad Trident. saltem contra, dicit, sumi totum
Christum & verum sacramentum, non dicit sumi totum
sacramentum. sumunt quidem laici totum Christi corpus
tamquam cibum spiritualem, & veluti etiam sanguinem
corpori conjunctum, qui est potus, quamvis hunc
non sumant sub speciebus vini. Unde laici
sub una tantum specie communicantes nulla penitus
gratia fraudantur, quae huic sacramento respondeat;
sicut enim concomitanter cum Christi corpore
accipiunt sanguinem, ita sub expresse gratiam
utriusque speciei respondentem recipiunt.

Ex q. Quot sunt diversa specialia signa colla-
"tiva gratiae, tot sunt diversa specialia sacramenta:
atqui species panis & species vini sunt duo di-
"versa specialia signa collativa gratiae: species
enim panis, specialiter differunt a speciebus vini
& sic utraque gratiam conferunt. ergo. R. dist.
Maj. quot sunt diversa spec. formaliter & sacramentaliter
signa collativa gratiae, tot sunt &c. concedo,
quot sunt diversa spec. materialiter & physice tantum
signa, tot sunt &c. neg. maj. species panis &
vini in Eucharistia differunt tantum specialiter physice
& materialiter, quia sunt duo elementa & res
physice diversae; at vero spec. formaliter & sacramentaliter
sunt idem spec. signum, quia est utriusque sunt
una sumptio sacramentalis completa & expressa,
spiritualis scilicet refectionis & convivii.

Dico a expressa, quia etiam sumptio
unius speciei est completa refectio spiritualis
sed non expressa, quia licet in ipsius sumpti-
"one sumatur corpus & sanguis, tamen non sumitur
distincta & explicita sumptive sanguinis a
corpore: & ideo non est completa expressa
quantum ad modum significandi, bene tamen quantum ad
ipsum significatum.

Ex dictis infertur, quod licet species panis et vini non constituant nisi unum adaequatum et morale integrum sacramentum, tamen si spectentur seorsim physice et materialiter considerentur, sint plura non sacramenta. unde sacerdos in missa orat: quam pura et sancta refecerunt sacramenta. Ratio est, quia ubi sunt plura signa sacramentalia, ibi etiam sunt plura sacramenta: sed ubi sunt plures species consecratae, ibi sunt plura signa sacramentalia. ergo.

Q. 6.

An et quando plures Hostiae consecratae sint unum vel plura sacramenta?

R. Sensus quaestionis est, unde nam desumenda sit unitas vel multiplicitas Eucharistiae, secundum quam illa dici possit unum tantum vel plura sacramenta? Variae de hac re sunt doctorum sententiae: nam 1.o aliqui docent, eam esse desumendam ex unitate vel multiplicitate specierum et consequenter tot esse non sacramenta, quot sunt hostiae